

Ÿ. Fiat pax in virtúte tua.

℞. Et abundántia in túrribus tuis.

Ÿ. Salvum fac pópulum tuum , Dómine.

℞. Et bénedic hæreditáti tuæ.

Ÿ. Dómine exáudi oratióem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

Ÿ. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

EXáudi , quæsumus Dómine , súpplícum preces , & confiténtium tibi parce peccátis ; ut páriter nobis indulgéntiam tríbuas benígnus , & pacem.

In Ecclesiis dicatis B. M. omittitur sequens

Oratio.

Concéde miséricors Deus fragilitáti nostræ præsidium : ut qui Sanctæ Dei Genitrícis memóriam ágimus , intercessiόνis ejus auxílio à nostris iniquitátibus resurgámus.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus , miserére fámulo tuo Pontífici nostro N. & dirige eum secúndum tuam cleméntiam in viam salutis æternæ : ut te donánte tibi plácita cúpiat , & tota virtúte perficiat.

Oratio.

ECclésiæ tuæ , quæsumus Dómine , preces placátus admítte : ut destrúctis adversitátibus , & erróribus univérſis , secúra tibi sérviat libertáte.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus , qui salvas omnes , & néminem vis períre : réspice ad ánimas diabólica fraude decéptas ; ut omni hærética pravitate depóſita ,

ta, errantium corda resipiscant, & ad veritatis tuæ redeant unitatem.

Oratio.

DEUS, à quo sancta desideria recta consilia, & iusta sunt ópera: da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem; ut & corda nostra mandatis tuis dedita, & hóstium sublata formidine, témpora sint tua protectione tranquilla.

Oratio.

PRætende, Dómine, fidelibus tuis dexteram Coeléstis auxilii, ut te toto corde perquirant; & quæ digne póstulant, cónsequi mereántur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spíritus Sancti Deus per ómnia sæcula sæculórum. *R.* Amen.

Demum, cantato Tantum ergo, ut supra; & facta commemoratione S. Titularis, vel Patroni Ecclesiæ, dicitur.

Y. Exáudiat nos omnipotens & misericors Dóminus.
R. Et custódiat nos semper. Amen.

Prædicta omnia servantur in reliquis Processionibus; post ultimam vero cantatur Hymnus Te Deum cum YY. & orationibus pro gratiarum actione, ut fol. 77. quibus finitis, & facta commemoratione SS. Sacramenti, & S. Titularis, vel Patroni, Cantores addunt:

Y. Benedicámus Dómino.

R. Deo grátias.

STATIONES
FACIENDÆ
IN DIE COMMEMORATIONIS
OMNIUM FIDELIUM DEFUNCTORUM.


STATIO I.


Celebrans Pluviale nigri coloris indutus cum Diacono à sinistris, & Subdiacono cum Cruce medius inter Acolythos, seu Ceroferarios cum candelabris, & candelis accensis, Clerus cantat, Subcantore incipiente sequens


RESPONSORIUM.

M  E-mén-to me-i, De-us, qui-a ven-tus est

 vi-ta mé-a.* Nec aspí-ci-at me vi-sus hó-minis.

 ŷ. De pro-fún-dis clamá-vi ad te Dó-mi-ne, Dó-


 mi-ne ex-áu-di vo-cem me-am.* Nec. ŷ. Ré-qui-



qui-em æ-tér- nam do-na e- is Dó- mi- ne, &



lux per-pé- tu-a lú- ce-at e- is. * Nec.



Ky- ri- e e- léi-son. Chri- ste e- léi-son.



Ky-ri- e e- léi- son.

Dum cantatur prædictum Responsorium, Celebrans, Diacono ministrante, accipit incensum de navicula, ponit in thuribulum: & finito Kyrie eleison, dicit Pater noster secretò, quod prosequitur sub silentio, & accepto aspersorio cum aqua benedicta de manu Diaconi, ter aspergit, & similiter incensat: postea dicit Cel,

Ÿ. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℞. Sed líbera nos à malo.

Subcantor incipit Psalm. Ad Dóminum cum tribulá- rer clamávi, quo finito Celebrans dicit:

Ÿ. A porta ínferi.

℞. Erue Dómine ánimas eórum.

Ÿ. Requiéscant in pace.

℞. Amen.

Ÿ. Dómine exáudi oratióem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.


Ÿ. Dóminus vobíscum. ℞. Et cum spírítu tuo.

Orémus.


DEus, qui inter Apostólicos Sacerdótes fámulos tuos Pontificáli, seu Sacerdotáli fecísti dignitáte vigére; præsta quæsumus, ut eórum quoque perpétuo aggregéntur consórtio. Per Christum Dóminum nostrum.


℞. Amen.


S T A T I O II.





Resp. **C**  Re- do quod Re-dém- ptor meus vi-

 vit, & in no-vís-si-mo di- e de ter- ra sur-re-

 etú- rus sum. * Et in car- ne me- a vi-

 dé-bo De- um fal-va-tórem meum. Ÿ. Quem vi-sú-

 rus sum e- go ip- se & non á- li- us, & ó- cu- li
mei



Dum cantatur prædictum Responsorium, fiant cetera ut supra in primo Resp. deinde Celebrans dicit:

Cel. Pater noster. Secretò.

y. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

R. Sed líbera nos à malo.

Subcantor incipit Ps. Levávi óculos meos.

y. A porta ínferi.

R. Erue Dómine ánimas eórum.

y. Requiéscant in pace.

R. Amen.

y. Dómine exáudi oratiónem meam.

O

Et

R. Et clamor meus ad te veniat.

Y. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

DEus, cujus miseratione animæ fidelium requiescunt: famulis, & famulabus tuis, & omnibus hic, & ubique in Christo quiescentibus, da propitius veniam peccatorum, ut à cunctis reatibus absoluti tecum sine fine lætentur. Per eundem Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

S T A T I O III.

Resp. **Q**ui Lá- za-rum re-suf-ci-tá- sti

à monu-mén-to fœ- ti-dum.* Tu e-is, Dó-


mi-ne, do- na ré-qui-em & lo-cum in-dul-gén-

ti-æ. Y. Qui ventú- rus es ju-di-cá- re vi-

vos & mór-tu-os, & sæ-culum per ig- nem.* Tu
eis.



e- is. ŷ. Ré-qui-em æ-tér- nam do-na e- is



Dó- mi-ne, & lux per-pé-tu-a lú-ce-at e-



is. * Tu e-is. Ky-ri-e e-léi-son. Chri-ste e-



léi-son. Ky-ri-e e-léi-son.

Cel. Pater noster. *Secretò.*

ŷ. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℞. Sed líbera nos à malo.

Subcantor incipit Pf. Lætátus sum in his, &c.

ŷ. A porta ínferi.

℞. Erue Dómine ánimas eórum.

ŷ. Requíescant in pace.

℞. Amen.

ŷ. Dómine exáudi oratiónem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

ŷ. Dóminus vobíscum. ℞. Et cum spírítu tuo.


Orémus.

DEus, cui próprium est miseréri semper & párcere: propitiáre animábus famulórum, famularúmque tuárum, & ómnia eórum peccáta dimítte; ut mortalitátis


vínculis absolútæ, transire mereántur ad vitam. Per Christum Dóminum nostrum. *R.* Amen.

S T A T I O I V.

Resp. **D** O- mi- ne, quan- do vé- ne- ris ju- di- cá- re ter- ram, u- bi me abf- cón- dam à vul- tu i- ræ tu- æ? * Qui- a pec- cá- vi ni- mis in vi- ta me- a. *Ÿ.* Commís- fa me- a pa- véf- co, & an- te te e- ru- bés- co, dum vé- ne- ris ju- di- cá- re, no- li me conde- mná- re. * Qui- a. *Ÿ.* Ré- qui-




qui-em æ-tér- nam do-na e- is Dó- mi-ne, & lux



per-pé- tu- a lú- ce-at e- is. * Qui- a.



Ky- ri- e e- léi-son. Chri- ste e- léi-son.



Ky-ri- e e- léi-son.

Cel. Pater noster. Secretò.

Ÿ. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℞. Sed líbera nos à malo.

Subcantor incipit Ps. Levávi óculos meos.

Ÿ. A porta ínferi.

℞. Erue Dómine ánimas eórum.

Ÿ. Requíescant in pace.

℞. Amen.

Ÿ. Dómine exáudi oratiónem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

Ÿ. Dóminus vobíscum. ℞. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Profit, quæsumus Dómine, animábus famulórum tuórum Pontíficum, seu sacerdotum, misericórdiæ tuæ imploráta cleméntia, ut ejus, in quo speravérunt, &

& crediderunt, ætèrnum cãpian, te miserãnte, consòrtium. Per Christum Dòminum nostrum. R. Amen.

S T A T I O V.

Resp. **H** 

Ei mi- hi, Dó- mi-ne, qui-a pec-



cá- vi ni- mis in vi- ta me- a, quid fá- ci- am



mi- ser, u- bi fú- gi- am ni- si ad te De- us me-



us. * Mi- se- ré- re me- i dum vé- ne- ris in no-




ví- si- mo di- e. Ÿ. A- ni- ma me- a tur- bá-



ta est val- dè, sed tu, Dó- mine, suc- cúr- re e- i.


Mi-



* Mi-se-ré-re. Ÿ. Ré- qui-em æ-tér-nam do-na



e- is Dó- mi-ne, & lux perpé- tu- a lú-



ce-at e- is. * Mi-se-ré-re. Ky- ri- e e léi-son.



Chri-ste e- léi-son. Ky- ri- e e- léi-son.

Cel. Pater noster. *Secretò.*

Ÿ. Et ne nos indúcas in tentatió-nem.

℞. Sed líbera nos à malo.

Subcantor incipit Psal. Nisi quia Dóminus.

Ÿ. A porta ínferi.

℞. Erue Dómine ánimas eórum.

Ÿ. Requiéscant in pace.

℞. Amen.

Ÿ. Dómine exáudi oratió-nem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

Ÿ. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spírítu tuo.


Orémus.


A Nimábus, quæsumus Dómine, famulórum, famu-
larúmque tuárum, misericórdiam concéde perpé-
tuam:

tuam : ut eis proficiat in ætérnum , quod in te spera-
 vérunt , & credidérunt. Per Christum Dóminum no-
 strum. *R.* Amen.


S T A T I O VI.


Resp. **N** 
 E re-cor-dé- ris pec-cá-ta me- a,


 Dó- mi-ne.* Dum vé- ne-ris ju-di-cá- re


 sæ-culum per ig- nem. *ŷ.* Dí- ri- ge ,



 Dó-mi-ne , De-us me- us in conf-pé-étu tu- o


 vi-am me- am.* Dum vé- ne-ris. *ŷ.* Ré-



 qui-em æ-tér-nam do-na e- is Dó- mi-ne, & lux
 per-



per- pé- tu- a lú- ce- at e- is. * Dum vé- ne- ris.



Ky- ri- e e- léi- son. Chri- ste e- léi- son. Ky- ri-



e e- léi- son.

Cel. Pater noster. Secretò.

Ÿ. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℞. Sed líbera nos à malo.

Subcantor incipit Ps. Qui confidunt in Dómino.

Ÿ. A porta ínferi.

℞. Erue Dómine ánimas eórum.

Ÿ. Requiéscant in pace.

℞. Amen.

Ÿ. Dómine exáudi oratiónem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.


Ÿ. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spírítu tuo.


Orémus.


DEus , cui soli cómpetit medicínam præstáre post mortem : præsta quæsumus ; ut ánima famulórum , famularúmque tuárum terrénis exútæ contágiis , in tuæ redemptiónis parte numeréntur. Qui vivis & regnas in sæcula sæculórum. ℞. Amen.


STATIO VII.

Resp. **P** 
Eccāntem me quo tí- di- e, & non



me pœ-ni-tén- tem ti- mor mor-tis con-túr-



bat me.* Qui-a in in-fér-no nul-la est re-démp-


ti-o: mi-se-ré-re me-i De-us, & fal-va me.



ŷ. De- us in nó-mi-ne tu- o fal- vum me


fac, & in vir-tú- te tu- a lí- be-rame.* Quia.



ŷ. Ré- qui-em æ-tér-nam do-na e- is Dó-mi-ne,
&



& lux per-pé-tu-a lú-ce-at e-is. * Qui-a.



Ky-ri-e e-léi-son. Chri-ste e-léi-son.



Ky-ri-e e-léi-son.

Cel. Pater noster. *Secretò.*

Ÿ. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℞. Sed líbera nos à malo.

Subcantor incipit Ps. In converténdo.

Ÿ. A porta ínferi.

℞. Erue Dómine ánimas eórum.

Ÿ. Requiéscant in pace.

℞. Amen.

Ÿ. Dómine exáudi oratiónem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

Ÿ. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

DEus, fidélium lumen animárum, adésto supplica-tiónibus nostris, & da fámulis, & famulábus, quo-rum córpora híc, & ubíque in Christo requiéscunt, re-frigérii sedem, quiétis beatitúdinem, & lúminis claritá-tem. Per Christum Dóminum nostrum. ℞. Amen.

S T A T I O V I I I .

Resp. **D** O- mi- ne se- cun- dum a- ctum me- um

no- li me ju- di- cá- re, ni- hil di- gnum in conf- pé-


ctu tu- o e- gi, í- de- o dé- pre-

cor ma- ie- stá- tem tu- am. * Ut tu De- us dé- le-


as i- ni- qui- tá- tem me- am. Ÿ. Am- pli- us la-

va me Dó- mi- ne, ab in- ju- stí- ti- a me- a:

& à de- lí- cto me- o mun- da me. * Ut tu De-
us



us. Ÿ. Ré- qui-em æ-tér-nam do-na e- is Dó-



mi-ne, & lux per-pé-tu-a lú-ce-at e-



is. * Ut tu. Ky-ri-e e léi-son. Chri-



ste e léi-son. Ky-ri-e e léi-son.

Cel. Pater noster. *Secretò.*

Ÿ. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℞. Sed líbera nos à malo.

Subcantor incipit Ps. Nisi Dóminus ædificáverit.

Ÿ. A porta ínferi.

℞. Erue Dómine ánimas eórum.

Ÿ. Requiéscant in pace.

℞. Amen.

Ÿ. Dómine exáudi oratiónem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

Ÿ. Dóminus vobíscum. ℞. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Supplices, Dómine, pro animábus famulórum, famularúmque tuárum preces effúndimus, obsecrantes: ut quidquid conversatióne contraxérunt humana,

&

& cleméner indulgeas, & in tuórum fede lætántium
constítuas redemptórum. Per Christum Dóminum no-
strum. R. Amen.

STATIO IX.

Resp. **L** I- be- ra me, Dó- mi- ne, de vi-


is in- fér- ni, qui por- tas æ- re- as con- fre-

gí- sti, & vi- si- tá- sti in- fér- num,

& de- dí- sti e- is lu- men, ut vi- dé- ren te.

* Qui e- rant in pœ- nis te- ne- brá- rum. ŷ. Clamán-

tes, & di- cén- tes: Ad ve- ní- sti Re- dém- ptor no-
ster.



fter.* Qui e- rant. ŷ. Réqui-em æ-tér-nam do-na e-



is Dó-mi-ne, & lux per-pé-tu-a lú-ce-at



e- is. * Qui e- rant. Ky-ri-e e- léi-son.



Chri-ste e- léi-son. Ky-ri-e e- léi-son.

Cel. Pater noster. *Secretò.*

ŷ. Et ne nos indúcas in tentatió-nem.

R. Sed líbera nos à malo.

Subcantor incipit Ps. Beáti omnes.

ŷ. Á porta ínferi.

R. Erue Dómine ánimas eórum.

ŷ. Requiéscant in pace.

R. Amen.

ŷ. Dómine exáudi oratió-nem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

ŷ. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.




Orémus.

Absólve, quæsumus Dómine, ánimas famulórum,
famularúmque tuárum, & ómnium fidélium de-
fun-

functorum ab omni vinculo delictorum, ut in resurrectionis gloria inter Sanctos, & electos tuos resuscitati respirent. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.




STATIO X.

Resp. **L** I-be-ra me, Dó-mi-ne, de mor-
 te æ-tér-na in di-e il-la tre-mén-da.
 * Quando Cœ-li mo-vén-di sunt, & ter-
 ra. * Dum vé-ne-ris ju-di-cá-
 re sæ-cu-lum per ig-nem. ŷ. Tremens factus sú e-
 go, & tí-me-o dum dis-cúf-si-o vé-ne-rit, at-



Q

ne-



Cel. Pater noster. *Secretò.*

Ÿ. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℞. Sed líbera nos à malo.

Subcantor incipit Pf. De profúndis clamávi.

Ÿ. A porta ínferi.

℞. Erue Dómine ánimas eórum.

Ÿ. Requiéscant in pace.

℞. Amen.

Ÿ. Dómine exáudi oratiónem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

Ÿ. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Fidélium Deus ómnium Cónditor, & Redémptor, animábus famulórum, famularúmque tuárum remissionem cunctórum tríbe peccatórum; ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, piis supplicatiónebus consequántur. Qui vivis, & regnas in sæcula sæculórum.

℞. Amen.


Ce-

Celeb. benedicens dicit :


Ÿ. Réquiem ætérnam dona eis Dómine.

℞. Et lux perpétua lúceat eis.

Dicto per Cantores :



Ÿ. Re-qui-és- cant in pa-



ce. ℞. A- men.




OFFICIUM

SEPULTURÆ.

Cum corpus defuncti fuerit in Ecclesia, Sacerdos facturus Officium, indutus superpelliceo accipit stolam, & pluviæ nigri coloris, similiterque duo Cantores illum comitantes ejusdem coloris pluvialia accipiunt, & sistit se contra Crucem ad caput defuncti, retrò astantibus ei à sinistris duobus Acolytis, uno cum thuribulo, & navicula incensi, altero cum vase aquæ benedictæ, & aspersorio, & Magistro Cæremoniarum, & absolute sine Orémus dicit sequentem Orationem.


Non intres in iudicium cum seruo tuo, Dómine, quia nullus apud te justificabitur homo: nisi per te ómnium peccatorum ei tribuatur remissio: non ergo eum, quæsumus, tua iudicialis sententia premat, quem tibi vera supplicatio Fidei Christiánæ comméndat: sed grátia tua illi succurrénte mereatur evádere iudicium ultiónis, qui dum viveret insignitus est signáculo Sanctæ Trinitátis. Qui vivis, & regnas Deus in sæcula sæculórum. R. Amen.


Qua finita, Subcantor incipiat sequens Responsorium.


S 


Ub ve-ní-te Sancti De- i, oc-cúr-ri-te An-ge-



 ge-li Dó mi-ni. * Suf-ci-pi-én-tes á nimam e-



 jus. * Of-fe-réntes e- am in conspéctu Al-tíf- si-



 mi. Ÿ. Suf-cí- pi- at te Christus, qui vo-cá-vit te, &


 in si-num Abra-hæ An-ge-li de-dú-cant te. * Suf-ci-


 pi-én-tes á-ni-mam ejus. * Of-fe-rén-tes e- am in conf-


 pé- ctu Al-tíf- si- mi. Ÿ. Ré-qui-em æ- tér-



 nam do-na e- i Dó- mi-ne, & lux per-pé-tu-a


 lú-ce-at e- i. * Of-fe-rén-tes e- am in conf-pé- ctu

Al-



Al-tíf- si-mi. Ky-ri-e e- léi-son. Chri-ste e-



lé- i- son. Ky-ri-e e- léi-son.

Dum in supradicto Responsorio dicitur Réquiem ætérnam, Sacerdos, ministrante naviculam Cæremoniario, sine osculo, vel alio Clerico à dextris, ponit incensum in thuribulo cum benedictione. Finito Kyrie eléison, alta voce dicit: Pater noster, quod secretè complent, & statim, accepto aspersorio cum aquâ benediçta de manu Cæremoniarii, vel alterius Clerici sine osculis, aspergit corpus circum circa ambulans incipiens à loco suo, tertio aspergens quamlibet partem feretri, Cæremoniario à dextris comitante, & simbriam pluvialis sublevante, & dum transit ante Crucem, facit ei profundam reverentiam, Cæremoniarius autem genufleçtit, & rediens ad pristinum locum, accipit thuribulum de manu Cæremoniarii, & eodem modo, quo asperserat, incensat: cum redierit ad locum suum, voce competenti dicit:

Ÿ. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℞. Sed líbera nos à malo.

Ÿ. A porta ínferi.

℞. Erue Dómine ánimam ejus.

Ÿ. Requiéscat in pace.

℞. Amen.

Ÿ. Dómine exáudi oratiónem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

Dó-

Ÿ. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

DEus, cui ómnia vivunt, & cui non péreunt moriéndo córpora nostra, sed mutántur in mélius: te súpplices deprecámur: ut súscipi júbeas ánimam fámulí tui fratris nostri N. per manus Sanctórum Angelórum deducéndam in sinum amíci tui Abrahæ Patriarchæ: resuscitandámque in novíssimo Judícii magni die: & quidquid vitiórum Diábolo fallénte contráxit, tu pius, & miséricors ábluas indulgéndo. Per Christum Dóminum nostrum. ℞. Amen.

Finita oratione, Subcantor incipiat Responsorium: Ne recordéris, pag. 112.

Et dum cantatur prædictum Resp. fiant cætera, ut supra. Deinde Sacerdos cantat: Pater noster, quo sub silentio completo, dicit eadem voce:

Ÿ. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℞. Sed líbera nos à malo.

Ÿ. A porta ínferi.

℞. Erue Dómine ánima ejus.

Ÿ. Requiéscat in pace.

℞. Amen.

Ÿ. Dómine exáudi oratiónem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

Ÿ. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

FAc, quæsumus, Dómine, hanc cum fámuló tuo defúncto fratre nostro N. misericórdiam, ut factórum suó-

suorum in pœnis non recípiat vicem: qui tuam in votis tenuit voluntátem: ut sicut híc eum vera fides junxit fidélium turmis, ita illic eum tua miserátio sóciet Angélicis Choris. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Finita oratione, Subcantor incipiat Responsorium: Libera me Dómine de morte ætérna, pag. 120.

Dum cantatur prædictum Responf. fiant cætera, ut supra in primo Responf. Pater noster. Cætera sub silentio. Deinde:

Y. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

R. Sed líbera nos à malo.

Y. A porta ínferi.

R. Erue Dómine ánimam ejus.

Y. Requíescat in pace.

R. Amen.

Y. Dómine exáudi oratiónem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

Y. Dóminus vobíscum. R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Absólve, quæsumus, Dómine, ánimam fámuli tui fratris nostri N. ut defúnctus sæculo tibi vivat: & quæ per fragilitátem carnis humana conversatióne peccáta commísit: tu véniâ misericordíssimæ pietátis abstérge. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Si hæc tria Responsorialia dici non possint propter temporis brevitatem, vel aliud impedimentum, cantetur Libera me, cum una ex tribus prædictis orationibus. Finita oratione, deportetur corpus defuncti ad tumulum, cantantibus Clericis sequentem Antiphonam.

AN-

A N T I P H O N A.

I N Pa-ra-dy- sum de-dú-cant te An-ge- li, in tu-

o ad-vén- tu sus- cí- pi- ant te Már-ty-res, & per- dú-

cant te in Ci-vi-tá-tem fan-ctam Hierúfalem: Chorus An-

ge- ló- rum te sus- cí- pi- at, & cum Lá- za- ro quon-

dam páu-pe-re æ- tér-nam há- be- as ré- qui-em.

Finita Antiphona, Sacerdos absolutè dicit orationem sequentem.

DEus, qui fundásti terram, formásti Cœlos, qui loca sidéribus stabilíta fixísti: qui captívum láqueo mortis hóminem lavácri ablutióne reparásti, qui sepúl- tos Abraham, Isaac, & Jacob in spelúnca dúplici in libro vitæ, atque glóriæ annotásti benedicéndo: ita ✠


R

stri


fratri N. ut hinc eum requiescere facias : & in sinu Abrahamæ, Isaac, & Jacob collocare digneris : qui Dominum nostrum Jesum Christum, contritis laqueis infernorum, resurgere, suorumque in se credentium membra resuscitari voluisti. Respice, Domine, super hanc fabricam sepulture : descendat ad eam Spiritus tuus Sanctus, ut, te jubente, sit in hoc loco famulo tuo fratri nostro N. quæta dormitio : & tempore Judicii cum Sanctis tuis omnibus vera resuscitatio. Præstante eodem Domino nostro Jesu Christo, qui tecum, & cum Spiritu Sancto vivit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Qua finita, Sacerdos defuncti corpus, & tumulum aquâ benedictâ aspergit, & similiter incensat : his peractis, in persona defuncti dicit Antiphonam Aperite mihi portas. Et chorus prosequatur eam.


A N T I P H O N A.



Pe- ri- te mi- hi por- tas ju- sti- ti- æ, &



in- grê- sus in e- as con- fi- té- bor Dô- mi- no.



Con- fi- té- mi- ni Dño.

Dum chorus cantat sequentes Psalmos, Sacerdos submissa voce dicat sex orationes, quæ sunt in fine Psalmorum, pag. 143.

Psal-

Psalms 117.
Confitemini Dómino quóniam bonus: * quóniam in
 sæculum misericórdia ejus.

Dicat nunc Israel quóniam bonus: * quóniam in sæ-
 culum misericórdia ejus.

Dicat nunc domus Aaron: * quóniam in sæculum mi-
 sericórdia ejus.

Dicant nunc qui timent Dóminum: * quóniam in sæ-
 culum misericórdia ejus.

De tribulatióne invocávi Dóminum: * & exaudivit
 me in latitúdine Dóminus.

Dóminus mihi adjutor: * non timébo quid fáciat mi-
 hi homo.

Dóminus mihi adjutor: * & ego despíciam inimícos
 meos.

Bonum est confidere in Dómino: * quàm confidere in
 hómine.

Bonum est speráre in Dómino: * quàm speráre in
 Princípibus.

Omnes gentes circumiérunt me: * & in nómine Dó-
 mini, quia ultus sum in eos.

Circumdántes circumdedérunt me: * & in nómine
 Dómini, quia ultus sum in eos.

Circumdedérunt me sicut apes, & exarsérunt sicut
 ignis in spinis: * & in nómine Dómini, quia ultus sum
 in eos.

Impúlsus evérfus sum ut cáderem: * & Dóminus sus-
 cepit me.

Fortitúdo mea, & laus mea Dóminus: * & factus est
 mihi in salútem.

Vox exultatiónis, & salútis: * in tabernáculis justórum.

Déxtera Dómini fecit virtútem, déxtera Dómini exaltávit me: * déxtera Dómini fecit virtútem.

Non móriar, sed vivam: * & narrábo ópera Dómini.
Castígans castigávit me Dóminus: * & morti non trádidit me.

Aperíte mihi portas justítiæ, ingrèssus in eas confitébor Dómino: * hæc porta Dómini, justí intrábunt in eam.

Confitébor tibi, quóniam exaudísti me: * & factus es mihi in salútem.

Lápidem, quem reprobavérunt ædificántes: * híc factus est in caput ánguli.

A Dómino factum est istud: * & est miserábile in óculis nostris.

Hæc est dies, quam fecit Dóminus: * exultémus, & lætémur in ea.

O Dómine, salvum me fac, ó Dómine, bene prospérare: * benedíctus qui venit in nómine Dómini.

Benedíximus vobis de domo Dómini: * Deus Dóminus, & illúxit nobis.

Constitúite diem solémnem in condénsis: * usque ad cornu altáris.

Deus meus es tu, & confitébor tibi: * Deus meus es tu, & exaltábo te.

Confitébor tibi, quóniam exaudísti me: * & factus es mihi in salútem.

Confitémini Dómino, quóniam bonus: * quóniam in sæculum misericórdia ejus.


Réquiem ætérnam dona ei Dómine.

Et lux perpétua luceat ei.

ANTIPHONA.



Pe-ri-te mi-hi por-tas ju-sti-ti-æ, &




in gré-fus in e-as con-fi-té-bor Dó-mi-no.


ANTIPHONA.



N-gré-di-ar in lo-cum ta-ber-ná-cu-li ad-mi-



rá-bi-lis uf-que ad do-mum De-i.



Quem-ád-mo-dum.

Psalms 41.

Quemádmódum desiderat cervus ad fontes aquárum: * ita desiderat ánima mea ad te Deus.

Sitívit ánima mea ad Deum fortem vivum: * quando véniam, & apparebo ante fáciem Dei?

Fuérunt mihi lácrymæ meæ panes die, ac nocte: * dum dicitur mihi quotidie: Ubi est Deus tuus?

Hæc recordátus sum, & effúdi in me ánimam meam: *
quó-

quóniam transibo in locum tabernáculi admirábilis, usque ad domum Dei.

In voce exultatiónis, & confessiόνis: * somnus epulántis.

Quare tristis es ánima mea: * & quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi: * salutáre vultús mei, & Deus meus.

Ad meípsum ánima mea conturbáta est: * propterea memor ero tui de terra Jordánis, & Hermóniim à monte mó dico.

Abyssus abyssum ínvo cat: * in voce cataractárum tuárum.

Omnia excélsa tua, & fluctus tui: * super me transfierunt.

In die mandávit Dóminus misericórdiam suam: * & nocte cánticum ejus.

Apud me orátio Deo vitæ meæ: * dicam Deo, susceptor meus es.

Quare oblítus es mei: * & quare contristátus incédo, dum affligit me inimícus?

Dum confringúntur ossa mea: * exprobravérunt mihi, quia tríbulant me inimíci mei.

Dum dicunt mihi per singulos dies: * Ubi est Deus tuus? quare tristis es ánima mea, & quare contúrbas me.

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi: salutáre vultús mei, & Deus meus.

Réquiem ætérnam dona ei Dómine.

Et lux perpétua lúceat ei.

ANTIPHONA.

I N- gré- di- ar in lo- cum ta-ber-ná- cu- li ad- mi-

rá- bi- lis us- que ad do- mum De- i.

Dum incipitur sequens Antiphona, extrahitur corpus à feretro, & ponitur in terra.

ANTIPHONA.

H Æc ré- qui- es me- a in sæ- cu- lum sæ- cu-

li: hìc ha- bi- tá- bo, quó- ni- am e- lé- gi e- am.


7. T.


Me- mén- to Dñe Da- vid.

Pf. 131. Meménto Dómine, &c. pag. 81.


Dum repetitur hæc Antiphona, deponitur corpus in fo- vea tantum.


ANTIPHONA.


H 
 Æc ré-qui-es me- a in sæ-cu-lum sæ-cu-li:


 hìc ha-bi-tá- bo, quó-ni-am e- lé- gi e- am.

ANTIPHONA.

D 
 E ter- ra for-má-ſti me, & car- ne in-du-í-


 ſti me Re-démptor meus Dó-mi-ne, re- fúf- ci- ta me in


 no- víf- ſi- mo di-e. Dó-mi-ne pro-báſti me.

Pſalmus 138.

Domine, probáſti me, & cognovíſti me: * tu cog-
 novíſti ſeſſiónem meam, & reſurrectiónem meam.

Intellexíſti cogitationes meas de longe: * ſémitam
 meam, & funículum meum investigáſti.

Et omnes vias meas prævidíſti: * quia non eſt ſermo
 in língua mea.

Ecce, Dómine, ut cognovíſti ómnia novíſſima, & an-
 tí-

tiqua : * tu formásti me , & posuísti super me manum tuam.

Mirábilis facta est sciéntia tua ex me : * confortáta est , & non pótero ad eam.

Quò ibo à spírítu tuo : * & quò à fácie tua fúgiam ?

Si ascéndero in Cœlum , tu illic es : * si descéndero in inférnum , ades.

Si sumpsero pennas meas dilúculo : * & habitávero in extrémis maris.

Etenim illuc manus tua dedúcet me : * & tenébit me dextera tua.

Et dixi : Fórsitan ténebræ conculcábunt me : * & nox illuminátio mea in delíciis meis.

Quia ténebræ non obscurabúntur à te , & nox sicut dies illuminábitur : * sicut ténebræ ejus , ita & lumen ejus.

Quia tu possedísti renes meos : * suscepísti me de útero matris meæ.

Confitébor tibi , quia terribíliter magnificátus es : * mirabilia ópera tua , & ánima mea cognóscit nimis.

Non est occultátum os meum à te , quod fecísti in occulto : * & substántia mea in inferioribus terræ.

Imperféctum meum vidérunt óculi tui , & in libro tuo omnes scribéntur : * dies formabúntur , & nemo in eis.

Mihi autem nimis honorificáti sunt amíci tui Deus : * nimis confortátus est principátus eórum.

Dinumerábo eos , & super arénam multiplicabúntur : * exurrexi , & adhuc sum tecum.

Si occíderis Deus peccatóres : * viri sánguinem declínate à me.

Quia dicitis in cogitátione : * Accípient in vanitáte civitátes tuas.

Nonne qui odérunt te Dómine, óderam? * & super inimicos tuos tabescébam?

Perfécito ódio óderam illos: * & inimici facti sunt mihi.

Proba me Dens, & scito cor meum: * intérroga me, & cognósce sémitas meas.

Et vide si via iniquitátis in me est: * & deduc me in via ætérna.

Réquiem ætérnam dona ei Dómine.

Et lux perpétua lúceat ei.

Corpus, quod est in fovea, cooperiatur terrá, dum iteratur hæc Antiphona.


A N T I P H O N A.



E ter- ra for-má- sti me, & car- ne in-du-í-



sti me Redémptor meus Dó-mi-ne, re- súf- ci- ta me in




no- víf- si- mo di- e.

A N T I P H O N A.




On in- tres in ju- dí- ci- um cum ser- vo tu- o

Dó-



Dó-mi-ne: qui a non ju-sti-fi-cá-bi-tur in conf-pé-ctu



tu- o omnis vi- vens. Dó-mi-ne ex-áu-di.

Psalmus 142.

Domine exáudi orationem meam, áuribus pécipue obsecrationem meam in veritate tua: * exáudi me in tua justítia.

Et non intres in iudícium cum servo tuo: * quia non justificábitur in conspéctu tuo omnis vivens.

Quia persecútus est inimícus ánimam meam: * humiliávit in terra vitam meam.

Collocávit me in obsúris sicut mórtuos sæculi: * & ansiátus est super me spíritus meus, in me turbátum est cor meum.

Memor fui diérum antiquórum, meditátus sum in omnibus opéribus tuis: * in factis mánuum tuárum meditábar.

Expándi manus meas ad te: * ánima mea sicut terra sine aqua tibi.

Velóciter exáudi me Dómine: * defécit spíritus meus.

Non avértas fáciem tuam à me: * & similis ero descendéntibus in lacum.

Audítam fac mihi manè misericórdiam tuam: * quia in te sperávi.

Notam fac mihi viam, in qua ámbulem: * quia ad te levávi ánimam meam.

Eripe me de inimicis meis Dómine, ad te confúgi: *
doce me fácere voluntátem tuam, quia Deus meus
es tu.

Spíritus tuus bonus dedúcet me in terram rectam: *
propter nomen tuum, Dómine, vivificábis me in æquitá-
te tua.

Edúces de tribulatióne ánimam meam: * & in mise-
ricórdia tua dispédes inimicos meos.

Et perdes omnes, qui tríbulant ánimam meam: *
quóniam ego servus tuus sum.

Réquiem ætérnam dona ei Dómine.

Et lux perpétua lúceat ei.

A N T I P H O N A.


Non in- tres in ju- dí- ci-um cum ser-vo tu- o

Dó-mi-ne: qui- a non ju- sti- fi- cá- bi- tur in conf- pé- ctu

tu- o om- nis vi- vens.

A N T I P H O N A.

OM- nis spí- ri- tus lau- det Dó- mi- num.
Lau-



Lau-dá- te Dñum de Cœlis.

Psalms 148.

Laudáte Dóminum de Cœlis: * laudáte eum in excélsis.

Laudáte eum omnes Angeli ejus: * laudáte eum omnes Virtútes ejus.

Laudáte eum Sol, & Luna: * laudáte eum omnes stellæ, & lumen.

Laudáte eum Cœli Cœlórum: * & aquæ omnes, quæ super Cœlos sunt, laudent nomen Dómini.

Quia ipse dixit, & facta sunt: * ipse mandávit, & creáta sunt.

Státuit ea in ætérnum, & in sæculum sæculi: * præcéptum pósuit, & non præteríbit.

Laudáte Dóminum de terra: * dracones, & omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glácies, spíritus procellárum: * quæ faciunt verbum ejus.

Montes, & omnes colles: * ligna fructífera, & omnes cedri.

Béstiæ, & univérfa pécora: * serpentes, & vólucres pennátæ.

Reges terræ, & omnes pópuli: * Príncipes, & omnes júdices terræ.

Júvenes, & vírgines, senes cum junióribus, laudent nomen Dómini: * quia exaltátum est nomen ejus solús.

Conféssio ejus super Cœlum, & terram: * & exaltávit cornu pópuli sui.

Hy-

Hymnus ómnibus Sanctis ejus : * filiis Israel, pópulo appropinquanti sibi.

Psalms 149.

CAntáte Dómino cánticum novum : * laus ejus in Ecclésia Sanctórum.

Lætétur Israel in eo , qui fecit eum : * & filii Sion exúltent in Rege suo.

Laudent nomen ejus in choro : * in tympano , & psalterio psallant ei.

Quia beneplácitum est Dómino in pópulo suo : * & exaltábit mansuétos in salútem.

Exultábunt Sancti in glória : * lætabúntur in cubilibus suis.

Exaltatiónes Dei in gútture eórum : * & gládii ancípites in mánibus eórum.

Ad faciéndam vindíctam in natióibus : * increpationes in pópulis.

Ad alligándos Reges eórum in compédibus : * & nobiles eórum in mánicis férreis.

Ut fáciant in eis judícium conscríptum : * glória hæc est ómnibus Sanctis ejus.

Psalms 150.

LAudáte Dóminum in Sanctis ejus : * laudáte eum in firmaménto virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus : * laudáte eum secundùm multitudinem magnitudinis ejus.

Laudáte eum in sono tubæ : * laudáte eum in psalterio , & cíthara.

Laudáte eum in tympano , & choro : * laudáte eum in chordis , & órgano.


Laudáte eum in cymbalis benefonántibus , laudáte eum

eum in cymbalis jubilationis : * omnis spiritus laudet
Dóminum.

Réquiem ætérnam dona ei Dómine.

Et lux perpétua lúceat ei.

A N T I P H O N A.



Mnis spí- ri-tus lau- det Dó- mi-num.

Oratio.

ORémus , fratres charíssimi , pro spírítu fratris no-
stri N. quem Dóminus de láqueo hujus sæculi li-
beráre dignátus est , cujus corpúsculum hódie sepultú-
ræ tráditur , ut eum píetas Dei in sinu Abrahæ , Isaac ,
& Jacob collocáre dignétur , ut cùm Judícii dies advé-
nerit , inter Sanctos , & eléctos suos eum in parte dex-
tera collocándum resuscitári fáciat. Per Christum Dó-
minum nostrum. R. Amen.

Oratio.

DEus , cui ómnia vivunt , & cui non péreunt mo-
riéndo Fidélium córpora , sed mutántur in mélius :
te súpplíces deprecámur , ut quidquid ánima fámuli tui
fratris nostri N. vitiórum , tuæque voluntáti contrárium ,
fallénte diábolo , seu própria iniquitáte , seu fragilitáte
contráxit : tu pius , & miséricors ábluas indulgéndc :
eámque fúscipi júbeas per manus Sanctórum Angelórum
tuórum deducéndam in sinum Patriarchárum , & Pro-
phetárum tuórum Abrahæ scílicet amíci tui , & Isaac
elécti tui , & Jacob dilécti tui : in quo áufugit dolor ,
atque tristítia , & suspíríum : Fidélium quoque animæ

fe-

felici jucunditate lætantur : & in novissima magni Judicii die inter Sanctos , & electos tuos eam facias perpetuæ gloriæ percipere portionem , quam oculus non vidit , nec auris audivit , & in cor hominis non ascendit : quamque præparasti diligentibus te. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Oratio.

T Emeritatis quidem est , Domine , ut homo hominem , cinis cinerem , mortalis mortalem tibi Domino Deo audeat commendare : sed quia terra suscipit terram , & pulvis convertitur in pulverem : donec omnis caro in suam redigatur originem : inde tuam , piissime Pater , lacrymabiliter quæsumus pietatem , ut hujus famuli tui fratris nostri N. animam , quam de hujus sæculi cœnolenta voragine ducis ad Patriam , Abrahamæ amici tui sinu recipias , & refrigerii rore perfundas ; sit ab æstuantis gehennæ truci incendio segregata , & beatæ requiei tuæ , te donante , conjuncta. Et si quæ sunt illi , Domine , dignæ cruciatibus culpæ , tu eas gratiâ mitissimæ lenitatis indulge : nec peccati recipiat vicem , qui tuam in votis tenuit voluntatem , sed indulgentiæ tuæ piam sentiat sanitatem. Cùmque finito mundi termino supernum cunctis illuxerit Regnum , novus homo Sanctorum omnium cœtibus aggregatus cum electis tuis resurgat in pace dexterâ collocandus. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Oratio.

O pus est misericordiæ , Domine Sancte , Pater omnipotens , æternæ Deus , rogare pro aliis. Et quia pro nobis non sufficimus , suscipe , rogamus , animam servi tui fratris nostri N. revertentem ad te. Adsit ei

An-

Angelus Testaménti tui Míchael, & per manus Sanctórum Angelórum tuórum inter Sanctos, & eléctos tuos in sinibus Abrahæ, Isaac, & Jacob Patriarchárum tuórum eam collocáre dignéris: líbera eam, Dómine, de princípibus tenebrárum, & de locis pœnárum, ne famulus tuus ullis jam primævæ nativitátis, vel ignorántiæ confundátur erróribus. Agnoscátur à tuis, & misericórdia bonitátis tuæ ad locum refrigerii, & quiétis in sinum Abrahæ transferátur. Per Christum Dóminum nostrum. *R.* Amen.

Oratio.

DEbitum humáni córporis sepeliéndi officium Fidélium more complétes, Deum, cui ómnia vivunt, deprecámur, ut hoc corpus fratris nostri N. à nobis in infirmitáte sepúltum, in órdine Sanctórum suórum resúscitet, & ejus spíritum Sanctis, ac Fidélibus aggregári júbeat, cum quibus inenarrábili glóriâ, & perénni felicitáte pérfrui mereátur. Per Christum Dóminum nostrum. *R.* Amen.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui humáno córpori ánimam inspiráre dignátus es, dum, te jubén-te, pulvis redit in púlverem, tu imáginem tuam cum Sanctis, & eléctis tuis ætérnis sédibus præcipe sociári. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitáte Spíritûs Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. *R.* Amen.

Finita ultima Antiphona Omnis spíritus, intonant Cantores versum sequentem.




U-dí-vi vo-cem de Cœ-lo di-cén-tem mi-hi.




R̄. Be-á-ti mór-tu-i, qui in Dó-mi-no mo-ri-ún-tur.


Sacerdos incipit Antiphonam ad Benedictus.




Go sum re-sur-ré-cti-o, & vi-ta; qui



cre-dit in me, é-ti-am si mór-tu-us fú-e-rit, vi-



vet; & om-nis qui vi-vit, & cre-dit in me, non mori-



é-tur in æ-tér-num. Be-ne-dí-ctus.

Canticum Zachariae. Cantatur in tono feriali.

Benedíctus Dóminus Deus Israel : * quia visitávit,
& fecit redemptionem plebis suæ.

Et eréxit cornu salutis nobis : * in domo David púeri sui.

Sic-

Sicut locutus est per os Sanctorum : * qui à sæculo sunt, Prophetarum ejus.

Salutem ex inimicis nostris : * & de manu omnium, qui odérunt nos.

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris : * & memorari testamenti sui sancti.

Jusjurandum, quod juravit ad Abraham patrem nostrum : * datum se nobis.

Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati : * serviámus illi.

In sanctitate, & justitia coram ipso : * omnibus diebus nostris.

Et tu puer Propheta Altissimi vocaberis : * præbis enim ante faciem Domini parare vias ejus.

Ad dandam scientiam salutis plebi ejus : * in remissionem peccatorum eorum.

Per viscera misericordiae Dei nostri : * in quibus visitavit nos oriens ex alto.

Illuminare his, qui in tenebris, & in umbra mortis sedent : * ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Réquiem æternam dona ei Domine.

Et lux perpétua luceat ei.

Añã. Ego sum, ut supra.

Sepulto defuncti corpore, Sacerdos aquã benedictã aspergit tumulum, & alta voce dicit : Pater noster, quo sub silentio completo, dicit eadem voce versus sequentes, & orationem.

Ÿ. Et ne nos inducas in tentationem.

℞. Sed libera nos à malo.

Ÿ. Non intres in iudicium cum seruo tuo Dómine.

℞. Quia non justificábitur in conspéctu tuo omnis vi-
uens.

Ÿ. A porta ínferi.

℞. Erue Dómine ánimam ejus.

Ÿ. Requíescat in pace.

℞. Amen.

Ÿ. Dómine exáudi oratióem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

Ÿ. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Satisfáciat tibi, quæsumus Dómine Deus noster, pro
ánima fámuli tui fratris nostri N. beatíssimæ Dei Ge-
nitricis, sempérque Vírginis Mariæ, & beatórum Apof-
tolórum Petri, & Pauli, & beáti Vincéntii patróni nos-
tri, omniúmque Sanctórum tuórum orátio: & præsentis
famíliae tuæ húmilis, & devóta supplicátio: ut pecca-
tórum ómnium véniám, quam precámur, obtíneat: nec
eam patiáris cruciári gehennálibus flammis, quam Fílii
tui Dómini nostri Jesu Christi pretióso Sánguine rede-
místi, qui tecum, & cum Spírítu Sancto vivit, & re-
gnat in sæcula sæculórum. ℞. Amen.

*Deinde facit Crucem manu dextera super tumulum di-
cens:*

Ÿ. Réquiem ætérrnam dona ei Dómine.

℞. Et lux perpétua lúceat ei.






Ÿ. Re-qui-és-cat in pa-ce.

℞. Amen.

Et

Et statim omnes, genibus flexis, luminaria accensa manibus tenentes, devotissimè cantent sequentem Antiphonam.

C Le-men-tíf-si-me Dó-mi-ne, qui pro no-stra mi-
 fé-ri-a ab im-pi-ó-rum má-ni-bus mor-tis sup-
 plí-ci-um per-tu-lí-fti, lí-be-ra á-ni-mam e-
 jus de in-fér-ni vo-rá-gi-ne, & de mi-ní-ſtris tar-
 tá-re-is mi-se rá-tus ab-sól-ve, & cun-cta e-
 jus pec-cá-ta o-bli-vi-ó-ne per-pé-tu-â de-le,
 e-am-que ad lu-cem tu-am An-ge-li tra-
 hant:



Qua finita, dicat Sacerdos alta voce: Pater noster, eoque sub silentio completo, dicat prædicta voce versus sequentes:

Ÿ. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℞. Sed líbera nos à malo.

Ÿ. A porta ínferi.

℞. Erue Dómine ánimam ejus.

Ÿ. Requiéscat in pace.

℞. Amen.

Ÿ. Dómine exáudi oratiónem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

Ÿ. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spírítu tuo.

Oré-

Orémus.

Tibi, Dómine, commendámus ánimam fámuli tui fratris nostri N. ut defúnctus sæculo tibi vivat : & quæ per fragilitátem humanæ conversatiónis peccáta commísit, tu vénia misericordíssimæ pietátis abstérge. Per Christum Dóminum nostrum. *R.* Amen.

ŷ. Réquiem ætérnam dona ei Dómine.

R. Et lux perpétua lúccat ei.



ŷ. Requi-és- cat in pa- ce. *R.* A-men.

Hic finitur Officium sepulture.



ORATIONES DIVERSÆ
 PRO
 DEFUNCTIS
 IN DIE OBITUS,
 SEU DEPOSITIONIS DEFUNCTI

Oratio.

DEus, cui proprium est misereri semper, & parcere, te supplices exoramus pro anima famuli tui N. quam hodie de hoc sæculo migrare iussisti: ut non tradas eam in manus inimici, neque obliviscaris in finem, sed iubeas eam à sanctis Angelis suscipi, & ad patriam paradisi perducì: ut quia in te speravit, & credidit, non poenas inferni sustineat, sed gaudia æterna possideat. Per Dóminum.

IN ANNIVERSARIO DEFUNCTORUM

Oratio.

DEus, indulgentiarum Dómine: da animabus famulorum, famularumque tuarum, quorum anniversarium depositionis diem commemoramus, refrigerii sedem, quietis beatitudinem & luminis claritatem. Per Dóminum.

PRO DEFUNCTIS EPISCOPIB,
seu Sacerdotibus

Oratio.
DEus, qui inter Apostólicos Sacerdotes, famulos tuos Pontificáli, seu Sacerdotáli fecísti dignitate vigere: præsta quæsumus, ut eorum quoque perpétuo aggregentur consórtio. Per Dóminum.

PRO DEFUNCTIS FRATRIBUS,
propinquis, & benefactoribus

Oratio.
DEus, vénix largitor, & humanæ salutis amator: quæsumus cleméntiam tuam; ut nostræ Congregatiónis Fratres, propínquos, & benefactóres, qui ex hoc sæculo transiérunt, Beáta María semper Vírgine intercedente cum ómnibus sanctis tuis, ad perpétuæ beatitudinis consórtium pervenire concédas. Per Dóminum.

PRO FIDELIBUS DEFUNCTIS GENERALIS

Oratio.
Fidélium Deus ómnium cónditor, & redemptor, animábus famulorum, famularúmque tuárum remissionem cunctórum tribue peccatórum: ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, piis supplicatióibus consequántur. Qui vivis, & regnas.

PRO DEFUNCTO SACERDOTE

Oratio.

PRæsta quæsumus, Dómine, ut ánima fámuli tui N. Sacerdótis, quem in hoc sæculo commorántem sacris munéribus decorásti, in cœlésti Sede gloriósa semper exúltet. Per Dóminum nostrum.

PRO UNO DEFUNCTO

Oratio.

INclína, Dómine, aurem tuam ad preces nostras, quibus misericórdiam tuam súpplícés deprecámur: ut ánimam fámuli tui, quam de hoc sæculo migráre iussisti, in pacis, ac lucis regióne constítuas, & sanctorum tuórum júbeas esse consórtem. Per Dóminum.

PRO UNA DEFUNCTA

Oratio.

QUæsumus Dómine, pro tua pietáte, miserére ánimæ fámulæ tuæ: & à contágiis mortalitátis exútam, in æternæ salvatiónis partem restítue. Per Dóminum.

PRO PLURIBUS DEFUNCTIS

Oratio.

DEus, cui próprium est miseréri semper, & párcere: propitiáre animábus famulórum, famularúmque tuárum, & ómnia eórum peccáta dimítte: ut mortalitátis vínculis absolútæ, transíre mereántur ad vitam. Per Dóminum.

PRO

P R O P A T R E , E T M A T R E S A C E R D O T I S

Oratio.

DEus , qui nos patrem , & matrem honorare præcepisti : miserere clementer animabus patris , & matris meæ , eorúmque peccáta dimitte : meque eos in æternæ claritátis gáudio fac vidére. Per Dóminum.

Statio I. *Resp.* Meménto mei Deus , &c.

AD Dóminum cum tribulárer clamávi : * & exaudivit me.

Dómine líbera ánimam meam à lábiis iníquis , * & à lingua dolósa.

Quid detur tibi , aut quid apponátur tibi : * ad linguam dolósam ?

Sagittæ poténtis acútæ : * cum carbónibus desolatóriis.

Heu mihi , quia incolátus meus prolongátus est : habitávi cum habitántibus cedar :. * multum íncola fuit ánima mea.

Cum his qui odérunt pacem , eram pacíficus : * cum loquébar illis , impugnábant me gratis.

Réquiem æternam , &c.

Statio II. *Resp.* Credo , &c.

LEvávi óculos meos in montes : * unde véniet auxiliúm mihi.

Auxílium meum à Dómino , * qui fecit cœlum & terram.

Non det in commotiónem pedem tuum : * neque dormítet qui custódit te.

Ecce non dormitábit , neque dórmiet : * qui custódit Israel.

Dóminus custódit te, Dóminus protéctio tua : * super manum dexteram tuam.

Per diem Sol non uret te : * neque Luna per noctem.

Dóminus custódit te ab omni malo : * custódiat ánimam tuam Dóminus.

Dóminus custódiat intróitum tuum & éxítum tuum : * ex hoc nunc, & usque in sæculum.

Réquiem ætérnam, &c.

Statio III. *Resp.* Qui Lázarum, &c.

Lætátus sum in his, quæ dicta sunt mihi : * in domum Dómini ibimus.

Stantes erant pedes nostri, * in átriis tuis Jerúsalem.

Jerúsalem, quæ ædificátur ut civitas : * cujus participatio ejus in idípsum.

Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Dómini : * testimónium Israel ad confiténdum nómini Dómini.

Quia illic sederunt sedes in judício : * sedes super domum David.

Rogáte quæ ad pacem sunt Jerúsalem : * & abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtúte tua : * & abundantia in túrribus tuis.

Propter fratres meos, & próximos meos : * loquébar pacem de te.

Propter domum Dómini Dei nostri : * quæsívi bona tibi.

Réquiem ætérnam, &c.

Statio IV. *Resp.* Dómine, &c.

Levávi óculos meos *ut supra*, &c.

Statio V. *Resp.* Hei mihi Dómine, &c.

Nisi quia Dóminus erat in nobis, dicat nunc Israel : * nisi quia Dóminus erat in nobis.

Cum

Cum exúrgerent hómines in nos : * fortè vivos deglutíffent nos.

Cum irascerétur furor eórum in nos : * forsitan aqua absorbuíffet nos.

Torréntem pertransívit ánima nostra : * íorsitan pertransíffet ánima nostra aquam intolerábilem.

Benedíctus Dóminus : * qui non dedit nos in captiónem déntibus eórum.

Anima nostra sicut passer erepta est : * de láqueo venántium.

Láqueus contrítus est , * & nos liberáti sumus.

Adjutórium nostrum in nómine Dómini : * qui fecit cœlum , & terram. Réquiem ætérnam , &c.

Statio VI. *Resp.* Ne recordéris , &c.

Qui confídunt in Dómino , sicut mons Sion : * non commovébitur in ætérnum , qui hábitat in Jerúsalem.

Montes in circúitu ejus : * & Dóminus in circúitu pópuli sui , ex hoc nunc , & usque in sæculum.

Quia non relínquet Dóminus virgam peccatórum super fortem justórum : * ut non exténdant justi ad iniquitátem manus suas.

Benefác Dómine bonis , * & rectis corde.

Declinántes autem in obligatiónes , addúcet Dóminus cum operántibus iniquitátem : * pax super Israel.

Réquiem ætérnam , &c.

Statio VII. *Resp.* Peccántem me quotidie , &c.

IN converténdo Dóminus captivitátem Sion : * facti sumus sicut consoláti.

Tunc replétum est gáudio os nostrum : * & língua nostra exultatióne.

Tunc

Tunc dicent inter gentes: * Magnificavit Dóminus fá-
cere cum eis.

Magnificavit Dóminus fácere nobíscum: * facti sumus
lætántes.

Convérte Dómine captivitátem nostram: * sicut torrens
in Austro.

Qui féminant in lácrymis: * in exultatióne metent.

Eúntes ibant, & flebant: * mitténtes fémina sua.

Veniéntes autem vénient cum exultatióne: * portántes
manípulos suos. Réquiem ætérnam, &c.

Statio VIII. *Resp.* Dómine.

Nisi Dóminus ædificáverit domum: * in vanum la-
boravérunt qui ædíficant eam.

Nisi Dóminus custodierit civitátem: * frustra vígilat qui
custódit eam.

Vanum est vobis ante lucem súrgere: * súrgite postquam
sedéritis, qui manducátis panem dolóris.

Cum déderit diléctis suis somnum: * ecce hæréditas Dó-
mini, filii; merces, fructus ventris.

Sicut sagittæ in manu poténtis: * ita filii excussórum.

Beátus vir, qui implévit desidérium suum ex ipsis: * non
confundétur cùm loquétur inimícis suis in porta.

Réquiem ætérnam, &c.

Statio IX. *Resp.* Líbera me, Dómine, de viis inférni, &c.

BEáti omnes qui timent Dóminum: * qui ámbulant
in viis ejus.

Labóres mánuum tuárum quia manducábis: * beátus es,
& benè tibi erit.

Uxor tua sicut vitis abúndans: * in latéribus domus tuæ.

Fílii tui sicut novéllæ olivárum: * in circúitu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicétur homo: * qui timet Dóminum.

Benedícat tibi Dóminus ex Sion : * & vídeas bona Jerúsalem ómnibus diébus vitæ tuæ.

Et vídeas filios filiórum tuórum : * pacem super Israel.

Réquiem ætérnam, &c.

Statio X. *Resp.* Líbera me, Dómine, de morte ætérna, &c.

DE profúndis clamávi ad te Dómine : * Dómine exáudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendéntes : * in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitátes observáveris Dómine : * Dómine, quis sustinébit ?

Quia apud te propitiátio est : * & propter legem tuam sustínui te Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo ejus : * sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem : * speret Israel in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia : * & copiósá apud eum Redemptio.

Et ipse rédimet Israel : * ex ómnibus iniquitátibus ejus. Réquiem ætérnam, &c.

FINIS.

IN-


I N D E X.

| | |
|---|-----------|
| D E Processione in die festo Purificationis Beatæ Mariæ semper Virginis, | pag. 5. |
| De Processione in die Palmarum, | pag. 11. |
| Feria 5. in Cœna Domini, | pag. 22. |
| Feria 6. in Parasceve, | Ibidem. |
| Sabbato Sancto ad Processionem fontis, | pag. 25. |
| Ordo servandus in Litaniarum Processione, | pag. 27. |
| De Processione in Festo Sanctissimi Corporis Christi, | pag. 38. |
| De Processione ad petendam pluviam, | pag. 60. |
| De Processione ad postulandam serenitatem, | pag. 62. |
| Preces ad repellendam tempestatem, | pag. 64. |
| Preces dicendæ tempore penuriæ, ac famis, | pag. 66. |
| Processio tempore mortalitatis, & pestis, | pag. 68. |
| Preces dicendæ in Litaniis tempore belli, | pag. 70. |
| Processio in quacumque tribulatione, | pag. 72. |
| Processio pro salute Regis, vel Reginae, aut Principis, | pag. 74. |
| Preces dicendæ in processione pro gratiarum actione, | pag. 76. |
| Preces pro felici partu Reginae, vel Principis, | pag. 78. |
| Preces dicendæ Sede Vacante, | pag. 81. |
| Preces dicendæ in diebus quadraginta horarum, | pag. 84. |
| Preces ad visitandas Ecclesias tempore Jubilæi, | pag. 95. |
| Stationes faciendæ in die Commemorationis omnium fidelium defunctorum, | pag. 102. |
| Officium sepulturæ, | pag. 124. |
| Orationes diversæ pro Defunctis, | pag. 152. |

Vende-se nas loges de Francisco Gonçalves Marques e Filhos na Rua Bella da Rainha, onde se vendem os melhores Missaes, que até agora tem havido.



A. Grandi orationes servorum tuorum.







M. J.

10

